00120

Huius vero ultimae voluntatis meae et Codicillorum seorsium manu mea subscriptorum Executores nomino et constituo

Serenissimam Reginam Dnam Consortem Meam amantissimam Cui ultimum dico Vale ac pro omni amore et benevolentia refero grates.

Reverendissimos in Christo Patres Casimirum Florianum Ducem Czartoryiski Archiepum Gnesnensem Albertum Korycinski Archiepum Leopoliensem Andream Trzebicki Epum Cracoviensem Ducem Severiae Stefanum Wierzbowski Epum Posnaniensem Stanislaum Sarnowski Epum Premisliensem Andream Olszowski Epum Culmensem Vicecancellarium Regni

Magnificos Alexandrum Lubomirski Palatinum Cracoviensem Michaelem Pac [illegible] Palatinum Vilnensem Supremum MDL exercituum Ducem Joannem Sobieski Palatinum Sandomiriensem Demetrium Ducem in Wisniowiec et Zbaraz Palatinum Belzensem Exercituum Regni Campiductorem Joannem Lubomirski Supremum Marsalcum Regni et Exercituum Ducem Joannem Leszczynski Supremum Regni Cancellarium Christophorum Pac Supremum MDL Cancellarium Michaelem Casimirum Radziwil Ducem Vicecancellarium et Campiductorem MDL Andream Morsztyn Supremum Regni Thesaurarium In quorum fidem praesentes Manu mea subscriptas Sigillo communiri Mandavi Datum Leopoli Die 5 9bris Ao Di 1673

Literae Caesareae ad Supremum Regni Marsalcum

~~Leopoldi~~ Leopoldus divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator Semper Augustus

Illustris Magnifice Syncere dilecte. Significavit Nobis per expressum Cursorem Consiliarius Noster Colonellus, et in Aula Regia Polonica degens Ablegatus, Syncere Nobis dilectus Petrus Ignatius Liber Baro de Stom, Mortem Serenissimi quondam Regis Poloniae Dni Michaelis Fratris et Affinis Nri Charissimi, die decima Mensis huius, hora Nona Matutina secutam. Qui tam inopinatus et tristis casus, quantopere Nos moerore affecerit, vel exinde maxime colligi poterit, quod mutuo invicem propinquitatis ac fraterni Amoris Nexu iuncti fuerimus et illum Nobis semper peculiariter affectum compererimus. Dolemus igitur de tam luctuoso et acerbo fato, per quod Nos bono et syncero fratre cognato et Viris, Serenissima Regina Amantissimo Consorte. Vos vero capite et Rege vestro orbati estis, Nec non Regnum Novis exponitur periculis. Verum Nulli dubitamus, sed persuasi sumus Vos sicuti hactenus ita et in posterum, in devotione vestra erga Ssmam Reginam Regnumque perseveraturos, omnique ratione allaboraturos ut et Reginae commoda et in eius et totius Regni emolumentum promoveantur, illudque in intrinseca concordia conservetur. Unde ad contestandam quam in Vos ferimus singularem fiduciam Vobis prohibitam. Serenissimam Reginam Poloniae Dnam Sororem Nostram Carissimam omni Meliori modo commendare, simulque Vos benigne atque intense requirere et hortari volumus, Ne in hoc rerum periculo eidem vel Regno desitis, sed potius impedire velitis ne Regnum quid detrimenti capere possit Ideoque vel maxime Contra Vires ac Conatus vestros omnes eo dirigatis ut tum Supranominata Serenissima Regina in dignitate sua et apud suas inscriptiones sive ut vocant Informationes, firmiter manuteneatur, tum Regnum in quiete et tranquillitate intrinseca ut omnibus Machinationibus ~~intrinsecis~~ externis